


Andreas Daniel Habichhorst

Andr. Daniel Habichhorst, S. Th. D. ... Ad Benevole audiendas Viginti Quinque Disputationes Theologicas ... Sub suo nunc Decani ... Dn. D. Johannis Fechtii, Theologi Professoris ... Moderamine, a Praeside ... Dn. M. Johanne Gottlieb Möllero. Dantiscano, Respondentibus intra nominatis, Publicitus in Auditorio Maiori celeberrimae Univers. Rostoch. facto ad instantem 24. Febr. diem initio D. V. proponendas ... invitat

Rostochii: Weplingius, [1694]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733812201>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 24.Febr.1694
Habichhorst, Andr. Dan.

Boys.
²⁰
**ANDR. DANIEL
HABICHHORST,**

**S. TH. D. & P. P. Consiliarius Duc. Mekelb.
Consistorialis, Amplissimiq; Professorum Ducalium Collegii
ut & FCtis Theolog. Senior & h. t. DECANUS**

AD
Benevolè audiendas
VIGINTI QVINQVE *25 theol. Disp.*
DISPUTATIONES THEOLOGICAS

In omnes LOCOS THEOLOGICOS,

Sub suo nunc DECANI ut & *253*

MAX. REV. EXCELLENTISSIMI QVE VIRI,

DN. D. JOHANNIS FECHTII,

Theologi Professoris, Consistoriiq; Assessoris,
& Ecclesiarum in Districtu Rostoch. Superint. meritissimi,

Collegæ honoratissimi

MODERAMINE,

à PRÆSIDE

CLARISSIMO, ET PRÆCELLENTE VIRO,

DN. M. JOHANNES GOTTLIEB

MÖLLERO. Dantiscano,

RESPONDENTIBUS intrâ nominatis,

Publicitus in AUDITORIO MAJORI celeberrimæ Univerf. Rostoch.

facto ad instantem 24. Febr. diem initio D.V. proponendas,

MAGNIFICUM DN. RECTOREM ceterosque Univerf. PROCERES

Civesque suis quosque titulis conspicuos,

SUO SUÆQVE FACULTATIS NOMINE

qva par est humanitate studioq; invitat.

Rostochii Typis JOH. WEPPLINGII, Univerf. Typogr.

1694.





Agrā proh! fanaticorum est vesania, quod studia sanè Academica & docentium discipulorumque alvearia, licet Ecclesiæ simul ac Reip. sint seminaria, multis proscindere convitiis non verecundentur, dum novi hæc fœderis naturæ adversari garrunt, contentionum vepreta appellitant; se verò *εδοιδεστες* esse clami-

tant, quæ tamen rectius phantastæ perhibentur, cum Enthusiasmis inhient & Diabolicis illusionibus in periculosa errorum præcipitia ferantur. Equidem in N. T. *omnes Ecclesiæ filios à DEO doctum iri*, ex Isaïæ 54. 13. ogganniunt; at verò quid cogit nos, ut absolute verba & exclusivè accipiamus? an enim propterea externum verbi ministerium in N. T. abolendum & Academiæ planè extirpandas statueremus? Comparatè potius Prophetæ verba sunt intelligenda, ita ut amplior istis & illustrior DEI cognitio in N. T. futura, quam in V. fuit, indigetetur. Solennis & publica verbi prædicatio in N. T. non ad unam amplius gentem Jhudaicam fuit alligata, sed omnibus omnino populis facta communis. Et si vel maximè oraculum illud de *למרי יהוה* fuerit absolutè de immediata DEI revelatione & institutione accipiendum; non tamen hinc ad raptus illos Enthusiasticos & contentum officinæ S. Spiritus, Ministerii scilicet verbi & Academiæ erat concludendum, cum de Christo æternoque *Dei filio* intelligi commodè possit, *per quem* sanè, Apostolo ad Ebr. 1. 1. teste, *in diebus novissimis ad nos locutus est Deus*, quiq; adeo visibiliter his in terris agens, Apostolos aliosq; ipse docuit & omne illis consilium Patris de salute nostra, actu immediato illud annunciando, communicavit. Et licet nos hodie visibiliter ab ipso DEI filio, ut olim Apostoli aliique illius temporis homines non doceamur; in verbo tamen suo & per Doctores ipsum hodie adhuc loquentem audimus, adeoque *למרי יהוה* s. *ידוע* *די* *יהוה* dicendi omnijure meritoque sumus. Ecquis v. de fanaticis id affirmare habet, qui potius à Diabolo deprehenduntur seducti, quippe qui ipsos non in Templum aut Scholam, sed super templi pinnacula deducit, tantum abest ut à Deo sint edocti, quippe

quippe cuius officinam verbumq; averfantur: Proinde ineptiant,
 qui DEO media divinitus ordinata, & instrumentum causæ
 principali opponere, adeoque oppositionis elenchum commit-
 tere non erubescunt. Nam Filii Ecclesiæ à DEO docentur, sed
 per verbum; verbum per Doctores proponitur, Doctores in Acade-
 miis formantur. De *Thessalonicensibus* certè affirmat Paulus, fuisse
 eos *αὐτὸδιδάκταις* (i. DEO doctos) 1. Theff. 4. 9. An verò propterea Pau-
 lum non audiebant, nec epistolas ejus legebant? Sanè contra-
 rium Apostolus ipse de illis profitetur, ita scribens: *Cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed, sicut est verè, ut verbum Dei. qui operatur in vobis, qui credidistis.* Vid. 1. Theff. 2. 23. Rectius ergo prisca Ecclesiæ Theologi non *αὐτὸδιδάκταις* fuerunt, nec *μετὰ τὸν λόγον* h. e. non expectarunt oracula DEI ex aëre, neque cum fanaticis Ministerium verbi & Academias contemserunt; sed sanè, quos Dei Filius Spiritu S. instructos miserat dederatque Doctores, audiebant, Academias frequentabant & ad pedes Interpretum sacrorum sedentes, publicis suas privatisque exercitiis vires experiebantur. Nonne enim *Ignatius* & *Polycarpus* Johannem Evangelistam & Apostolum, *Irenæus* vero *Polycarpum* agnoverunt, audierunt & secuti sunt Doctores? Nonne *Clemens Alexandrinus* doctrinæ cœlestis gratiâ literis primò in *Græcia* navavit operam & dehinc in *Palæstinam* profectus est, tandemq; in *Ægyptum* abiit, discipulus *Pantani* factus, qui Philosophiæ quondam *Alexandriæ* Professor, agnitâ Christianæ fidei veritate primus *Alexandriæ* post *Marcum* Christianam aperuit Scholam, cui *Pantano* & *Clemens* hic *Alexandrinus*, ex plerorumq; sententia, in *Alexandriæ* dein *Academix* Rectoratu successisse perhibetur. Rursus *Clementem* audivit *Origenes* ejusq; institutione in divinis usus est. Neq; *Athanasius* fuit *αὐτὸδιδάκταις* vel ita *αὐτὸδιδάκταις*, ut Doctores non audiverit. Annon enim in libro de *humanitate verbi* honorificâ ingenuamq; de Doctorebus suis Confessionem edidit? *hausimus ista*, inquit, à *Magistris divinitus afflatis*, qui sacros evolverunt libros & sese divinitatis Christi *Martyres testesq; exhibuerunt*. Similia de *Basilio* quoq; *Magno* memorare fas est: quot enim quæso *Academiarum* Civis ille factus est? *Cæsaream* Scholam totius *Asiæ* celeberrimam invisit? nonne

*Constantinopolin & Athenas salutavit? quanta ipsi familiaritas cum Gregorio Nazianzeno intercessit, qui & ipse tandem non uno hæsit loco, sed cum aliis Theologiæ Consecraneis divinam omnino sapientiam apud Doctores magno conatu quæsit magnoque fructu invenit. Per laudanda hæc venerabilium sanè Patrum aliorumque recentiorum simul Doctorum nunc non memorandorum vestigia, non sine laude singulari, ducitur Præclarissimus & ab ingenii, eruditionis, industriæ & probitatis laude per varia hæctenus specimina hic & alibi locorum edita commendatissimus, DN. M. J. G. MÖLLERUS, Postquam enim in Patrio, quod Dantisci est, Gymnasio sic satis illustri, Ducibus Viris planè inclutis, DN. D. Sche'gwigio, DN. M. Büchero, & DN. M. Rostenschero aliisque; fundamenta pietatis, artium & linguarum probè jecit, dehinc in variis Universitatibus, præprimis Regionontana & Kiloniensi Theologiam inter alia excoluit, ita ut in una Kiloniensi *Viginti septem* Disputationibus uno in anno nexuque continuo ex universa Theologia Respondendo proposuerit, ut duas Dispp. de *voti* unamque; de *actionibus forensibus* ibidem habitas prætereamus, tandem ad nostram quoque Academiam superiori anno concessit, in qua cum Philosophicè Præses semel iterumque; singulari cum laude disputasset, Auditorii sanè totius & speciatim nostræ ECt'is benevolentiam sibi tantopere conciliavit, ut ipsi dein modestè petenti non tantum juxta legem ECt'is nostræ XXII. potestatem faceremus Collegium tum Homileticum, tum Theologicum Positivo-Polemicum, super Tractatum Dn. D. Val. Alberti, Professoris Lipsiensium perquam incluti, de *interesse Religionum præcipuarum Christianarum in omnibus fidei articulis aperiendi*, ut Juventutis Academicæ studia nobiscum promoveret atque; docendo alios se ipsum perficeret; sed & præsidium in tribus omnino disputationibus Historico-Theologicis, de *Luthero sc. Lutheranis ante Lutheranismum*, de eodem ut *Confessore Martyri contradistincto*, in Comitibus Wormatiensibus An. 1521. maxime conspicuo, & de eodem ut *Martyre Confessori contradistincto*; in maximis persecutionibus illustri, sub meo & maxime Rev. Excellentissimique Dn. D. Fechtii, Collegæ honoratissimi moderamine, pro more in hac Universitate à multis jam annis*

receo

recepto, concederemus. Cumque in illis ipsis quoque Disputationibus Theologicis præses ita se gereret Opponentiumque tela docto planè promptoque eloquio reprimeret, ut nos Moderatores nullo ipsi verbo succurrere necessum haberemus, adeoque ulterius ipsum sub directorio nostro Præsidentem in cathedra sistere nostra haut dubitaremus, res eò processit indulgentiæ, ut ampliùs ipsi modestè sollicitanti *Dodecadem* Disputationum Theologicarum, imo ulterius *instanti peni ad eadem* proponendi in quibus sub moderamine nostro præsidendi facultatem decerneremus: plures enim ab initio, propter quorundam obmurmurationes & ut modus esset in rebus, concedere ambigebamus. Postquam autem nemo Auditorum, qui nomen ipsi, occasione Collegii Theologici jam dicti à nobisq; concessi, sub nostra directione disputaturo Præsidi Magistro professierant, cedere alteri sua sponte vellet, sed potius in id omnium vota essent directæ, ut exhibitis F.C.Ti nostræ literis longè modestissimis & instantissimis, ampliorem nostram confessionem reverenter exorarent, adeoque sibi omnibus copia disputandi publice & favore DN. M. MÖLLERI, sub nostro moderamine Præsidis, quo ipse Respondentium facultatibus sese attemperare voluit, fruendi fieret, sanè tot Juvenum Studiosorum precibus resistere non potuimus nec volumus. Sunt vero illi numero *Viginti quinque*, nempe *Generosus, ut & Clarè docti eximiiq; Juvenes*, juxta ordinem ætatis Academiæ sic locati:

CAROLUS AUGUSTUS BÜLOV, Eques Megapol.
 TIMOTHEUS LÄTKEMANN, Malchin Megapol.
 JOHANN. CHRISTOPH JAUCH, Güstrov. Megapol.
 ALBERTUS VEJEL, Ulmenfis,
 ENGELHARDUS ZANDT, Emmending. Brigojus,
 NICOLAUS Richter/ Gedanensis
 HERMANNUS HESEBECK, Crempa-Holfatus.
 SAMUEL ULRICH Strüsmacher/ Gryphisw. Pom.
 DANIEL FRIEDERICUS GAUL, Pyrizenf. Pom.
 CAROLUS ARNDIUS, Güstrov. Megap.
 PHILIP US Schmidt/ Bahnenf. Pom.
 GEORGIUS ELIAS ELICH, Halberstad,
 CHRISTOPHORUS COTHE Rost.
 JOHANN WILHELM STRICKER, Güstrov, Megapol.
 HART

Ex bib
 quibus
 dix
 vel
 quing
 dispu
 tant.

HARTMANNUS HERMANNUS MÜLLER. Grabov Megap.
 SAMUEL GRIESE, Rostochiensis.
 MATTHIAS GIESE, Pyrizenf. Pom.
 DAVID ~~Lothack~~/ Sedinenf. Pom.
 CASPARUS DANIEL SCHWASMANN, Güstrov. Megap.
 JOHANN BERNHARD. ~~Wötcher~~/ Osnabr. Westph.
 HENRICUS ASCANIUS ~~Engelke~~ / Rostoch.
 HENRICUS AGRICOLA, Megapol.
 GODOFREDUS BURICH, Gedanenf.
 MARTINUS WEND, Güstrov. Megap.
 PHILIPPUS HENRICUS PLADECIUS, Posa-Rugianus.

Horum ergo Viginti quinque; Juvenum precibus (qui respondentium
 & opponentium vices alternatim pro virili sustinebunt) dum an-
 nuimus, omnino etiam fore speramus, ut omnes qui virtutem,
 qui exercitiorum frequentiam aestimant, tum nostrammet indul-
 gentiam tam ardenti desiderio expetitam, tum Cl. Dn. M. Præsi-
 dis singularē industriam & erga Auditores suos liberalitatem, tum
 laudabiles Dnn. Respondentium conatus sint comprobaturi. Lon-
 gè enim honestissima sunt eximiorum hæc Studiosorum deside-
 ria, quippe ad Studiorum suorum incrementa laudabiliter ten-
 dentia, quæ profecto nos promovere decebat, tantum abest ut
 sufflaminare conaremur. Et quisnam quæso præclaram occasi-
 onem & beneficium invidere Studiosis vellet nostris, quo per
 favorem DN. Magistri Præsidis minoribus expensis studio-
 rum specimen, tum abs legibus Academicis, tum à *Serenissimis*
Principibus nostris, edicto ante aliquot annos publicato & propedi-
 em, ceu speramus, reiterando, requisitum, hic edere suisque Patro-
 nis transmittere possint, præsertim cum non omnibus tantæ sint
 facultates, quæ pretiosioribus institutis respondere queant. Et
 annon Universitatis nostræ interest, plures institui disputatio-
 num actus, in iisq; Juventutem Studiosam crebrius exerceri? Præ-
 terea non apparet, quomodo nostrum hoc indultum sive in
 legum nostrarum detrimentum, sive in cuiusquam privati præju-
 dicium cedat. Et annon liberum nobis est, vel centum sub
 moderamine nostro Disputationes concedere, si quis Magister
 Præses cum Respondentibus suis sumtus impendere voluerit?
 quæ talis quasi respondens noster videtur, uti vicissim Studiosi
 Re-

Respondentes ejus cernuntur. Tandem nec majorum hic no-
strorum exemplis destituimur: Etenim Anno 1600. moderante
uno *B. D. Dav. Lobeckio*, Professore Theol. Senatorio, & Archi-
diacono hic Jacobæo, quadrimestri spatio XIII. Disputationes à
Præsidibus Magistris sunt ventilatæ. Deinceps An. 1644. Dire-
ctore *B. D. Johanne Quistorpio primo*, *B. Michael Cobabus*, tunc
Phil. Magister, dehinc Mathematicum ap. nos, tandemque Theol.
Professor, Collega quondam & Compater meus desideratissi-
mus, sexies præsidendo super primum Epistolæ ad Rom. caput di-
sputavit. Idem quoque; *M. Cobabus*, seq. A. 1646. uno trimestri spatio,
Directore *B. Job. Colmanno*, D. & Professore Theol. Ducali Sve-
rinensi primario & Consistorii Duc. Mekelb. Assessore, universam
Theol. multis Disputationibus ventilavit. Sub ejusdem porro
B. D. Cobabi, Theologi Professoris moderamine ante decenni-
um & quod excurrit aliquot Disputationes Theol. in Augustanam
Confess. Præsidendo hic proposuit *Dn. M. Rostensiberus*, nunc in
Patrio, quod Dantisci est, Gymnasio Professor Philosophiæ &
Bibliothecarius planè egregius. Sed & ante *viginti novemq;* an-
nos sub moderamine *B. D. Henrici Mülleri*, Theol. Prof. de *Eucharistica*
mortis Dominica commeratione ad locum *1. Cor. 11. 25, 26.* Disputatione
Theol. probatoriam ipse ego tunc Phil. Magister & Prof. Theol. de-
signatus, ad mandatum illustrissimi Regiminis Sverinensis, & se-
quente Anno 1667. Moderatore *B. D. Johanne Quistorpio secundo*, Di-
sputationem Theol. de *Communione sub una* ventilandas hic exhibe-
bam, ut exempla nunc alia prætereamus. Ecquis ergo nobis hodie
ligatas esse manus putarit vitioque verterit, si per Antecessorum
vestigia ducti, talismodi disputationes crebrius hic habendas in-
dulserimus? Si enim facultate gaudemus, qui Collegii FCtis
Theol. Assesores sumus, huic vel illi Candidato gradum & cum
gradu privilegia & potestatem præsidendi in Theologia confe-
rendi, cur non item huic vel illi Magistro, jam antè in Cathedra
solemni ritu locato & ad majora contendenti, nos ipsi in cathe-
dra assistentes vel assidentes cathedramque moderantes pote-
statem præsidendi, quotiescunq; ex usu fuerit, indulgere quire-
mus? Ad præsens v. indultum quod attinet, vel una jam laudati
præsidis Magistri tum industria, tum modestia, tum spontanea
erga studiosos Respondentes liberalitas inducere nos potuit,
si plures concessionis rationes in promptu non essent. Ad majora is
pro

pro ingenii capacitate studioſumq; fiducia & fortunarium felicitate remis velisq; sub noſtræ FCTis auspicio contendit, ſpecimina eruditionis complura editurus, nec umbraticus olim Doctör futurus, & Patriæ magis magisq; ſuæ præ aliis ſe comendaturus, cui proinde proficiendi occaſiones præſcindere nolebamus. Mihi ſanè ſpeciatiim, quàm ignei ſit ingenii & virtutis melleæ, vel ipſæ nominis ejus literæ videntur ominari, quod ſequenti pro more meo Anagrammate brevîq; *ωεσζανησθω* manifeſtare & in honorem ejus hic inferere non dubitabam:

M. JOANNES GOTTLIEBIUS MÖLLERUS:

Anagr.

TOTUS MAS IGNEUS, MELLE NOBILIOR.

Velfi mavis:

TOTUS MAS MELLEUS, IGNE NOBILIOR.

Epigr.

Qui Tua dona colunt, *Mas totus is igneus*, ajunt,
Melleq; nobilior. Grator, Amice, decus!

Quod ſuperest, cum non tantum Clariffimi DN. PRÆSIDIS induſtriæ, ſed & Studioſorum, Respondentium ejus, conamini calcar ſit addendum, omnes literarum Patronos & Fautores, præprimis Magnificum DN. RECTOREM, ceterosq; Uverſitatis Proceres Civesq; ſuis quoſq; titulis fulgidiffimos, officioſè ac ſtudioſè invito atque ut hiſmet viginti quinque Diſputationibus, per univerſæ Theologiæ controverſæ campos decurrentibus, neq; tantum in gratiam DN. M. Præſidis & nominatorum viginti quinque Studioſorum Respondentium, ſed in commodum etiam reliquæ Juventutis Academicæ ipſiusque Uverſitatis celebritatem, conſeſſis & inſtituendis, adeoque nemini non probandis, frequentes intereſſe ſuâq; præſentia Diſputantium ſtudia & conatus animare benevoli dignentur, majorem in modum, meo & Ampliffimæ FCTis meæ nomine, contendo, qui ſimili vel alio officiorum genere omnibus & ſingulis, cum voto proſperitatis, promtos nos atque paratos fore pollicemur.

P. P. Roſtochii, ſub ſigillo FCTis noſtræ, Dom.

Quinquageſimæ An. 1694.

(L.S.)

Respondentes ejus certuntur. Tandem n
 strorum exemplis destituimur: Etenim Ann
 uno *B. D. Dav. Lobeckio*, Professore Theol. S
 diacono hic Jacobæo, quadrimestri spatio X
 Præsidibus Magistris sunt ventilatæ. Deince
 ctore *B. D. Johanne Quistorpio primo*, *B. Mich.*
 Phil. Magister, dehinc Mathematicum ap. nos,
 Professor, Collega quondam & Compater
 mus, sexies præsidendo super primum Epistola
 sputavit. Idem quoq; *M. Cobabi*, seq. A. 1646. ut
 Directore *B. Job. Cosmanno*, D. & Professore
 rinensi primario & Consistorii Duc. Mekelb. A
 Theol. multis Disputationibus ventilavit.
B. D. Cobabi, Theologi Professoris moderam
 um & quod excurrit aliquot Disputationes The
 Confess. Præsidente hic proposuit *Dn. M. Ros*
 Patrio, quod Dantisci est, Gymnasio Profe
 Bibliothecarius planè egregius. Sed & ante
 nos sub moderamine *B. D. Henrici Mülleri*, Theo
 mortis *Dominica commeratione* ad locum 1. Cor. 11
 Theol. probatoriam ipse ego tunc Phil. Magiste
 signatus, ad mandatum illustrissimi Regiminis
 quente Anno 1667. Moderatore *B. D. Johanne G*
 sputationem Theol. de *Communione sub una ven*
 bam, ut exempla nunc alia prætereamus. Ecqu
 ligatas esse manus putarit vitioque verterit, si
 vestigia ducti, talismodi disputationes crebri
 dulserimus? Si enim facultate gaudemus,
 Theol. Assesores sumus, huic vel illi Candid
 gradu privilegia & potestatem præsidendi in
 rendi, cur non item huic vel illi Magistro, jar
 solemnî ritu locato & ad majora contendenti
 dra assistentes vel assidentes cathedram que
 statem præsidendi, quotiescunq; ex usu fuerit
 mus? Ad præsens v, indultum quod attinet,
 præsidis Magistratum industria, tum modest
 erga studiosos Respondentes liberalitas in
 si plures concessionis rationes in promptu non



ic no
 erante
 Archi-
 ones à
 Dire-
 tune
 heol.
 atiffi-
 ut di-
 patio,
 i Sve-
 erfam
 porro
 anni-
 anam
 inc in
 nia &
 g, an-
 rifica
 tionè
 ol de-
 & se-
 do, Di-
 xhibe-
 hodie
 orum
 las in-
 FCtis
 & cum
 onfe-
 hedra
 cathe-
 pote-
 qvire-
 audati
 tanea
 otuit,
 jora is
 pro